

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 106

**Autre(s) référence(s) :** ARTEM 4550

**Auteur(s) :** Renaud, Arques (vicomte)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1025-1026]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Renaud, vicomte d'Arques, fait don à l'abbaye de Fécamp de tous ses biens situés à Arques et dans le comté d'Arques, des églises de Saint-Aubin et de Tourville[-la-Chapelle] avec leurs dépendances et de tout ce qu'il possédait à Santigny.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

B. Copie figurée, début XIIIe, Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 7 H 787.

### Éditions principales

a. Chevreux Paul, Vernier Jules-Joseph, *Les archives de Normandie et de la Seine-Inférieure*, état général des fonds, recueil de fac-similés d'écritures du XIe au XVIIIe siècle accompagnés de transcriptions, Rouen, Lecerf, 1911, planche IX.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 54, p. 173-174.

### Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix B, p. 258, n° 6.

## Dissertation critique

Datation proposée par Marie Fauroux d'après Ch. H. HASKINS, *Norman Institutions*, App. B, p. 258, n° 6.

Texte établi d'après a

†. In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Rainaldus, Arcensis vicecomes, considerans nichil in rebus humanis durable, sed totum caducum et pertransibile, intellexi me ita posse consulere anime mee, si Deo et ejus servis spiritu pauperibus opem ferrem de rebus substantie mee. Idcirco Deum in loco Fiscannensi heredem omnium bonorum meorum facio, quia justum est ut ei reddantur a quo omnia tribuuntur. Hec igitur sunt ex quibus Deum heredem facio, et que servis ejus in monasterio Fiscannensi perpetuo habitaturis in dominium trado : ecclesia Sancti Albini tota ex integro, id est cum omni terra que vel in ipsa villa est vel in Appasilva ; molendinum unum ; Turvilla cum ecclesia et omni terra, omnibusque appendiciis ; quicquid in villa que Sanctiniacus dicitur possideo, quicquid in

Arcis, quicquid in comitatu Arcensi, sive in terris (sive in terris), sive in ecclesiis, sive in silvis, sive in pratis, sive in pascuis, sive in habitabilibus vel non habitabilibus locis, totum Sancte Trinitati et ecclesie Fiscannensi, auctoritate domini mei Ricardi comitis secundi, in dominium trado ut habeant, teneant et in perpetuum a[bsque] contra[di]ctione cujuscunque hominis habitatores loci illius possideant. Quod si quis huic mee liberalitati, avaritia instigante, contraire voluerit, primitus iram Dei incurrat et, extorris factus a regno Dei, cum diabolo in inferni baratro perpetuo cruciatus gemat. Et ut hec mea largitio firma et stabilis permaneat, manus mee subscriptione eam confirmo et testibus confirmandam trado. Signum † Rainaldi, vicecomitis. Signum † Ricardi, comitis. † Signum Rotberti, archiepiscopi Rothomagensis. Testes sunt Rogerius de Fiscanno, Berengerius de Heldeboldi Villa, Walterius Fezalla, Petrus de Renvaldi Villa, Gocselinus, vicecomes.